



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

5 Apostolicorum Canonum numerus & Auctoritas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

ppote ad maius lucrum, cum possit ipse iis qui
 sic habitant pietatis verbo conferre: idque
 non ex se, sed multorum Episcoporum iudicio
 maxima exhortatione. De Clericis omnibus
 Canon Apostolicus mox inde sequens ni-
 mirum 15. idem fere constituit, ne scilicet ab-
 sine sui Episcopi venia commigrent aliò; graui-
 ter sancita transgressoribus pœna. versio ta-
 men (vt illud obiter hic moneamus) doctissimi
 illiusque viri Francisci Turriani clariore &
 castiores nobis exhibet eos canones Apосто-
 licos in fine lib. 8. eiusdemque vltimi Consti-
 tutionum Apostolicarum per Clementē Ro-
 manum ipsius D. Petri discipulum & successo-
 rem luculentissimè conscriptarum, vbi licet
 Canones Apostolici numerentur duntaxat 75.
 Porro decimus & vndecimus loci sunt huius,
 cum Photius & alij numerent 85. res tamen
 vix prorsus est eadem. quandoquidem Cle-
 mens aliquando duos vel tres Canones con-
 tribuit in vnum. Latini scriptores Isidorum
 Hispalensem ferè secuti (qui in principio sui
 decreti 47. canones Apostolicos ponit) solos
 47. descripserunt, quorum vltimus est
 de trina immersione in baptismo. quos tamè 47.
 contrahunt alij solos in 41. sicut alij contra di-
 stinguunt eosdem in 50. quem numerum ponit &
 post Gratianus distinct. 16. in princ. & seqq.
 Quorum quidem Canonum Apostoli-
 corum omnium tanquam *γνησίων* & ingenuo-
 rum seu verissimè ab Apostolis factorum asser-
 tionem defensionemque petes ex eodem Tur-
 riano

4
 Canon. 15.
 Apost.

5
 Apostolico-
 rum Canonū
 numerus &
 auctoritas.

4

riono tum in libris quinque contra Centuriatores Magdeburgenses tum in suis Commentariis ad libros illos octo Clemētis de constitutionibus Apostolicis. Huic Apostolico de Episcopis & Clericis in sua quibusque statione continendis iuri prorsus est conforme quod Clemens idem Romanus in Epistola prior ad Iacobum fratrem Domini scribit de tota presbyterorum Clerique militia quasi praesidiaria certos intra totius christianismi tunc futuri limites collocanda iussu ipsiusmet Christi; qui voluerit in ciuitatibus illis in quibus apud Ethnicos erant Archiflamine maiores, constituit Patriarchas; in ciuitatibus verò matricibus, quae Metropoles appellantur, Metropolitanos vel Archiepiscopos; in aliis autem ciuitatibus non paruis at mediocribus, Episcopos. Vnde cōsequens fuit vt in cæteris denique minoribus oppidis & castellis & in pagis atque villis alii presbyteri non Episcopi cōstituerentur. Presbyteris nimirum in locum discipulorum Christi succedentibus, Episcopis in locum Apostolorum, quod ipsum commemorat & Anacletus Clementis eiusdē successor in epistola sua tercia c. 2. nominatim simul & hoc addens, presbyteros ab Episcopis per castella & ciuitates modicas ordinandos esse; singulos tamen, inquit, per singulos ritulos suos, & paulò post, Episcopus ad honorabilē urbem titulandus & nominandus est; presbyter verò ad quemcumq; locum vel ecclesiam in eo constitutam est p̄ficiendus, & in ea diebus vitæ suæ duraturus. ita diuus illic

6
Præsi
cleri totius
militia per
vniuersam
Christiansi-
mum dispo-
sita iussu
Christi teste
Clemēte Ro.

7
Anacletus.

8
Titulus Ec-
clesiasticus
quid & vn-
dō.

onsia

Anac-